


PSALME 33 - TON 5 a



1. Benedícam Dóminum in ómni **témpore** :
* semper laus ejus in **o - re me - o**.
 2. In Dómino laudábitur ánima **mea** : * áudiant mansuétí, **et laeténtur**.
 3. Magnificáte Dóminum **mecum** : * et exaltémus nómen ejus **in idípsum**.
 4. Exquisívi Dóminum, et exaudívit me : * et ex ómnibus tribulatió nibus meis **erípuit** me.
- ANT.**
5. Accédite ad eum, et illuminámini : * et facies vestrae non **confundéntur**.
 6. Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit **eum** : * et de ómnibus tribulatió nibus ejus salvávit **eum**.
 7. Immittet Angelus Dómini in circúitu timéntium **eum** : * et **erípiet** eos.
 8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est **Dóminus** : * beátus vir qui **sperat** in eo.
- ANT.**
9. Timéte Dóminum omnes sancti **ejus** : * quóniam non est inópia **timéntibus eum**.
 10. Divites eguérunt et esuriérunt : * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur **omni bono**.
 11. Veníte, fílii, audíte me : * timórem Dómini **docébo** vos.
 12. Quis est homo qui vult **vitam** : * díligit dies **vidére bonos** ?

ANT.

13. Próhibe linguam tuam a **malo** : * et lábia tua ne loquántur **dolum**.
14. Divérte a malo, et fac **bonum** : * inquire pacem, et perséquere **eam**.
15. Oculi Dómini super **justos** : * et aures ejus in **preces eórum**.
16. Vultus autem Dómini super faciéntes **mala** : * ut perdat de terra **memóriam eórum**.

ANT.

17. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudívit **eos** : * et ex ómnibus tribulatió nibus eórum **liberávit eos**.
18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt **corde** : * et húmiles **spíritu salvábit**.

Glória Patri, et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc, et **semper**, * et in saécula saeculórum. **Amen**.